PETRUS LOMBARDUS
Klosterneuburg, Anfang 13. Jh. Seite 345r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1141
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



derio completur. Aperuit ergo os infir
mus. traxit spm ualidus. i. uirtu
tem faciendi. quam per se habere non
potuit. & quomodo aperuit & attraxit
subdit; quia mandata tua deside
rabam. uidere. scire. & facere. S;
ca quia quanto suauius sensit. tan
to ardentius sitit. Adhuc petit
dicens. Aspice in me & miserere
mei. ai. d. quia desiderabam man
data. ergo aspice in me. i. da spm.
amb & quia aliquando aspicit iratus.
ut perdat. sic sodomam respexit.
addit. & miserere mei. si quando
labor. miserere dico secundum iudicium
diligentium nomen tuum. i. secundum
iudicium quod fecisti in eos. qui te
diligunt. quia ut te diligerent.
ca. prius eos dilexisti. Vel iudicium
dei est. ut diligentibus det auxilium
gratie misericordie. ne sui decipiantur.
Gressus meos dirige secundum
eloquium tuum. & non dominetur
mei omnis iniusticia. Redime
me a calumpniis hominum. ut
custodiam mandata tua. Faci
em tuam illumina super seruum
tuum. & doce me iustificati
ones tuas. Exitus aquarum de
duxerunt oculi mei. quia non
custodierunt legem tuam.
Gressus meos. ai. ita fac michi.
sicut soles facere eis qui diligunt
te. & Gressus meos dirige secundum
ag eloquium tuum. i. fac me rectum.
secundum promissum tuum. Vel gressus
meos dirige secundum eloquium t.
amb. i. motus anime mee dirige. se
cundum tua uissa. ne uiciis se
ducantur. & quanto plus reg
nabit caritas. tanto minus do
minabitur iniusticia. Vnde sub
ag. dit; & non dominetur mei omnis
iniusticia. Sciebat enim gradi

entem temptandum esse. ideo non ait.
excludatur penitus. S; non domine
tur. quia non potest penitus exclu
di. Est enim peccatum in corpore.
S; non regnet; deinde addit omnis.
quia non ualet in aliis legem ser ca.
uasse. si in uno offendit. Qui enim
totam legem seruauerit. offenderit
autem in uno. factus est omnium re
us. ut ait iacobus; & Redime
me a calumpniis. i. dato spiritu. ag.
fac ne calumpnie hominum. i.
ne false impositiones terroribus
me uincant. & a tuis mandatis.
ad sua malefacta traducant. qui
bus ubique agitantur xpiani. Calump ca.
nie ergo sunt controuersie contra
ueritatem. quas precatur auerti.
ut mandata indagaret. Earum ab.
ergo est grauior temptacio. i. de
illis est temptacio illa que graui
or est. Non enim omnis tempta
cio calumpnia est. S; tantum gra
uior. si quidem temptacio potest
esse sine calumpnia. Calumpnia
autem in se habet temptacionem. Est enim
temptacio humana que leuior est.
quam ferre possumus. & hec calump
nia non est. temptacio autem grauior
que est calumpnia. eque non solum
falsa componit. uerum etiam que
pie gesta sunt. decolorat. ut in
ioseph. in pudica domina fecit. & in su
sanna duo presbiteri. contra has calump
nias silendum est. Redime dico. quia
si hec michi data patientia egeris. ag.
inter ipsas calumpnias erit mihi
liberum. ut custodiam mandata
tua. Qui enim opprimitur calum
niis. non facile seruat mandata;
&. Illumina faciem tuam. i.
presentiam tuam manifesta oppi
tulando. super seruum tuum. Vt ser
uus sicut terra sole coruscet. ut